PRAECEPTA,

nec non

SENTENTIÆ

INSIGNIORES
Quantum ad imperandi rationem,
M. FRANCISCI GVICCIARDINI.

AD SERENISS. PRINCIPEM
ALEXANDRVM FARNESIVM,
Parmæ, & Placentiæ Principem, &c. Gubernatorem, Vicarium, Ducemq; ſummum apud Belgas pro Rege Catholico.

Ioanne Bourgeſio Houplinienſi Interprete.

ANTVERPIÆ,
Ex officina Chriſtophori Plantini,
Architypographi Regij.

M. D. LXXXVII.

SERENISSIME PRINCEPS,

SI moris eſſet hac ætate, quemadmodũ olim apud Romanos maiores tuos, triumphũ decerni Ducibus victoriã adeptis, maximus ac ſplẽdidiſſimus poſſet expectari triũphus tuæ Celſitudinis. Etenim re tota animo perluſtrata, neſcio reuera, vbi, vel quando trecentos ab hinc annos adminiſtratũ ſit à ſummo Duce iam ſeptẽ annos continuos, cõtinuis victoriis; & terra, & aqua; nõ minus hyeme, quàm ęſtate; ſemperq. pręſenti bellũ grauius, intricatius, maiorisq. momenti, cũ pluribus facinoribus, factionibus, progreſſibus, & maiori ſtrenuitate, quàm hoc; agitatũ præter omnes difficultates, tot nouis rationibus, & admirãdis inuentionibus, periculis, conatibus, ac ſtratagematis ad offenſionẽ, & defenſionem; vt qui non leget hiſtoriam ſigillatim ea depingẽtem, tantos & tales effectus admirãdo, ſemper & vbiq. belligerare diſcat. Quare ſi defectu conſuetudinis meriti cum Laureis triumphi Celſitudinẽ tuã defecerint, eam ſaltem (vt arbitror) debiti honores, vt clariſſimæ laudes à bonis ſcriptoribus per omnia ſæcula celebrandæ haudquaquam deficient. Ac ego continuãdo cõmentarios meos impreſſos, cùm fuerim in ipſo loco, atque dici poteſt ad omnia præſens, non deſinã (modò diuinus fauor affulgeat) ipſis

ſuppeditare materiẽ, veramq. notitiã rerũ tranſactarũ, vt eas ad arbitriũ ſuũ poſſint latius explicare, nequaquã prætermittens gloriã primis bellis acquiſitam, Sereniſſima Matre tua, Regis ſorore, Belgij tunc tẽporis moderatrice. Interea in ſpecimen animi mei boni, & congratulationẽ de proſpero tuo aduẽtu in has oras, ad me ſpectare viſum eſt offerre Celſitud. tuæ Collectionẽ quandã præceptorum grauiorũ, ſententiarũq. digniorũ quantum ad imperandi rationem, quas ex exẽplaribus operũ, vel aliquantũ immutatis M. Frãciſci Guicciardini patrui mei deprompſi; reuera nõ parum editionis frequentia variatas: præcepta, ac ſententias ſuapte natura, & breuitate fortaſſis haud alienas ab excelſiſſimo illo gradu, regioque ſtatu tuæ Celſitudinis: quas ipſa pro humanitate ſua in bonã partẽ accipere dignabitur, meq. fauore ſuo complecti, quam Dominus noſter ſuo tueatur, ac ocyſſimè cõducat ad optatum & imminentẽ exitũ reliquorum horum miſerabiliũ bellorũ, dicere nolo ciuiliũ, at inciuiliſſimorũ, ac peſtiferorum toti Reipublicæ Chriſtianæ: vt quã primùm diuina maieſtas honoretur, & inuictiſſimo Regi Catholico ſeruiatur; populi ad pacem vniuerſam reducantur; tuaq. Celſitudo à ſingulis in cælum efferatur. Vale, & iterum vale, Ser^me Princeps. Antuerpiæ, Profeſto Diui Iacobi. M. D. LXXXV.

Tuæ Celſitudinis ſummè victricis

Humilis ſeruus

Ludouicus Guicciardini.

PRÆCEPTA GRAVIORA, SENTENTIÆQVE DIGNIORES IN GENERE Imperij, ex exemplaribus operum M. FRANCISCI GVICCIARDINI depromptæ.

I.

OBSERVA diligenter res temporũ præteritorum: etenim ipſa futuris lucem afferũt, cùm ita res habeat, vt orbis ſemper eadẽ cõditione præditus ſit, & quicquid eſt, ac erit, alio tempore fuerit. Quippe res eadem reuertũtur, at ſub nominibus diuerſis, atque coloribus. Ideo quilibet eas haud agnoſcit; is autem ſolus, qui ſapiens eſt, illáſque accuratè conſiderat.

II.

Da operam, eò ne venias vbi perditur. Quanquã enim in eo culpa vacas, eo ſemper grauaris: nec ire datur ad omnia fora & tribunalia ad ſeſe purgandum, quemadmodum contrà qui eò ſe confert vbi quicquam obtinetur, reportat ſemper laudem quamuis abſque ſuo merito.

III.

Natura populorum eo modo eſt affecta, quo hominum priuatorum. Siquidem volunt ſemper augere gradum, in quo degunt: quocirca prudentis eſt, ipſis prima denegare poſtulata: illis namque conceſſis, eos non ſiſtis, at potius

Hæ Sententiæ nullum errorem continent, propter quem edi ac vulgari prohibeantur. Quod atteſtor hac 25. Aprilis. M. D. LXXXVII.

Waltherus vander Steeghen,
S. Theol. Licentiatus,
Cenſor librorum.

PRIVILEGII REGII SVMMA.

AVCTORITATE Regia cautum eſt, ne quis citra Christophori Plantini cõſenſum, hunc *Præceptorum & Sententiarum inſigniorum quãtum ad imperandi rationem*, M. *Franciſci Guicciardini* librum, *Ioanne Bourgeſio Houplinienſi interprete*, ante ſexennium imprimat, néve alibi excuſum in his ditionibus venalem exponere tentet. Qui ſecus faxit, confiſcationis librorum, & ſex florenorum pro vnoquoque exemplari pœna multabitur, vt in Regio diplomate latius continetur, Dato Bruxellis, 29. Aprilis. M. D. LXXXVII.

Subſig.

Io. De Witte.